

Johann Nicolaus Quistorp

**Rector Academiæ Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius, D. & P. P. Ad  
Div. Nicol. Pastor ... Ad Exeqvias ... Dn. Caspari Ellerhusen/ I. U. D. & Causaram  
Patroni sive Advocati Insignis Abs Moestissima Vidua Hodie Parandas Omnium  
Ordinum Cives Academicos, ea qva fas est humanitate invitat : [P. P. Sub Sigillo  
Rectoratus die VII. Decembr. Anno 1703.]**

Rostochii: Wepplingius, [1703]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn749383038>

Druck    Freier  Zugang



**Qvistorp, J. N.,**

in

**C. Ellerhusen.**

Rost. 1703.

25.







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES NICOLAUS**  
**QVISTORPIUS,**

D. & P. P. AD DIV. NICOL. PASTOR, ac R. MI-  
NISTERII PATR: SUPERINTENDENS

AD EXEQVIAS SOLENNES  
VIRI PRÆNOBILISSIMI, CONSULTIS.  
SIMI, ATq; CLARISSIMI

**DN. GASPARI**



**Ellerhusen /**

CAUSARAM PATRONI sive ADVOCATI  
IN SIGNIS

**MOESTISSIMA VIDUA  
HODIE PARANDAS**

*Omnium Ordinum Cives Academicos, ea quâ fas  
est humanitate invitat.*

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGH, SER. PRINC.  
& ACAD. Typogr.



Umma hujus vitæ humanæ miseria & fragilitas est, vitæ hujus curriculum cum fletu inchoamus, cum sudore continuamus, cum languore absolvimus. Fragilis & instabilis est vita nostra mortalis, qvæ instar rapidissimi fluminis, instar amentati jaculi, & sicut sagittæ ex manu potentis; ita ad mortem decurrit, impellitur, excutitur, qvotidiana comprobat experientia. Accedit ad hæc incommoda, incerta, qvâ volvimus, rerum

conditio. Aut enim ægri vivimus, aut sani. Sanos mille vincula circumveniunt: hunc superciliosæ superbie fastus, alios cretula ambitio, qvosdam invidiæ livor, impura Venus multos necit, & colligat. Ægros difficultia Medicorum jussa constringunt, sub qvorum manu, ut *Plato* voluit, miserrimum est vivere. In summa, qvot sensuum affectionibus, qvas Passiones vocamus, homo comprimitur, tot laqveis miserè catenatur. Atqve adeo undique nobis angustiæ sunt, in medio tot laqveorum ingredimur, ut B. ANTONIUS, Mundum totum plenum laqveis esse, qvondam exclamaverit. De JACOBO Patriarcha legimus in Genesi Mosaica, qvod ab Ægyptio Pharaone interrogatus, qvot annos haberet, responderit; Dies peregrinationis vitæ suæ esse centum triginta annorum, parvos & malos. Qvibus ille verbis non Pharaonem solum; sed omnes homines docuit, monuitqve de tribus præcipue rebus, qvæ ad humanam vitam rectè contemplandam faciunt: Nam & peregrinationem vocat, qvam nos vitam dicimus, & hujus peregrinationis dies parvos vocat, eosdemqve malos; respiciens non præcipue ad locorum mutationes, cum subinde loca mutavit: sed multo potius ad ætates, qvas ordine vivendo mutavit, ac peregit. Primò enim haud parum longinqua & laboriosa est peregrinatio, qvæ fit nascendo ex obliteris uteri materni latebris in has mundani luminis oras. Infans natus ejulando ad pueritiam progreditur, pueritiae limes est adolescentia, juventus adolescentiæ finis, ab hâc per virilem ætatem ad mortem peregrinando recta progressus, atqve iter instituitur. Qvo in itinere cum varie nobis diversoria, & hospitia concesserit natura, fixum domicilium, vel ut Nonnullus loquitur, stabile stabilum ne ad horæ qvidem punctum ullibi dedit. Qvod autem parvi sint dies humanæ vitæ, ad centesimum trigesimum annum ab hoc Patriarcha productæ, nihil mirum. Etenim si ad cœli complexum terra puncti instar obtinet, qvam rationem esse putabimus, tot annorum

norum , vel etiam plurium ad id , qvod æternitatē dicimus : quamvis ab hac etiam ratione , qvid est in hominis vita diu? detur enim supremum tempus , detur ætas Patriarcharum veterum antediluvianorum vel ipsius Methusala ? An diuturnum qvidqvam videtur , in quo est aliquod extreum? cum enim id advenerit , tunc illud , qvod præterit , effuxit , abiit , evasit , erupit , instar aquæ decurrentis , inquam . Ex placito *Anaxagore* , eamdem bis nemini descendere , vel unquam licuit , vel denique licebit . Denique hi ipsi dies peregrinationis humanæ , qui parvi sunt mali qvoque esse perhibentur . Haud falsò quidem , qvid enim boni in eo itinere esse potest , qvod flendo suscipitur , querelis & multis morbis peragitur , gemitu denique absolvitur , qvod adeo certum est , ut nec ipsa quidem Academia , qvæ de omnibus dubitavit , hâc de re dubitare potuerit . *Anslemus Cantuariensis quondam Archi- Episcopus* , vitam hominum cum molendino per diem integrum annonam terente , conferti quemadmodum enim mola frumentaria continuò circum voluta ad eumdem semper locum revertitur : sic homo qvilibet simul ac vītæ hujus dijuculum sibi oboritur , molere i.e. in labore , ægritudine , & contentione vivere incipit , eamdemque molestiæ orbitam terere tamdiu cogitur , qvoad ingruens mortis crepusculum rotam ac motum sifstar , & ad quietem aperiat januam . Exemplum hujus fragilitatis , inconstantiæ , & ærumnosæ vītæ exhibet nobis vir quondam Nobiliss . Consultissimus atque Amplissimus Dominus **CASPARUS ELLERHUSEN** , Jur . Utr . Doctor Clarissimus , Causarum Patronus fulgidissimus , qui multo & diuturno morbo correptus superioris Mensis Novembr . die 28. in Domino piè & placide obdorinivit . Natus est laudatus hic Rostochi Anno superioris seculi LIX . die 3. Maji intra horam secundam & tertiam matutinam , ac mox Christo Salvatori suo unico oblatus per Sacramentum initiationis , membrum Ecclesiæ Christianæ factus est . Patrem sortitus B. CHRISTIANUM ELLERHUSEN , Ampliss . Senatus Rostoch . Chirurgum primarium , & verè talem , in arte sua peritissimum , & experientissimum , Civem & sedecemvirum hujus Civitatis ingenuum , qui & candore , & officio , nec non liberalitate suâ qvosqve sibi Bonos devinctissimos reddere semper studuit . Matrem Fœmineo decore Conspicuum MARIA FREYTAGES , qvæ DEO ita volente , piè defuncto nostro in prima juvenili ætate constituto præmaturâ morte surrepta est . Avum Paternum veneratus est Virum , dum viveret , satis conspicuum Dominum CHRISTIANUM ELLERHUSEN , Senatorem antiqui Mecklenburgensium oppidi *Gnöien* Meritissimum . Aviam vero Paternam optima

mam Matronam MARGARETAM WILKIAM, splendidissimi qvondam  
MATTHEI WILKENII, Capitanei Brookensis in Regio Ducatu Pomeranico  
filiam, & Consultissimi jam & Beati CASPARI WILKENII, J.U.D. & in  
Regio Tribunali Wismariensi Advocati & Procuratoris ordinarii sororem.  
Avum Maternum laudavit B. CHRISTIANUM FREYTAGEN, Chirur-  
gum ac Civem Rostochiensem plane eximium. Aviam vero Maternam  
Piam Mulierem ELISABETHAM HAHNEN. Ab his optimis Parenti-  
bus in lucem editus est pie noster defunctus. Callidus Parens cum Filii  
sui ingenium literis aptum cognosceret, consilio, & svasu Eruditiss.  
D. WILKENII, Avunculi sui, mature illum iisdem consecravit, nullis  
parcens sumtibus sed omnia, qvæ ad studia perficienda! reqviri vide-  
bantur, copiosissime suppeditavit. Et qvidem, cum judice Quintili-  
ano, Praeceptore Optimo utendum, studiorum initia à perfectissimo  
qvoqve petenda sint, Viris & vera pietate & solidâ eruditione conspicuis  
prætereaqve plurimum in docendo versatis hunc filium suum primo-  
genitum, cum hic, tum alibi bonis literis erudiendum tradidit.  
Primum qvidem hic Rostochii privatim præcipue Clariſl. DN. M.  
GEORGIO DICKIO, publicè nempe t. t. Scholæ Oppida-  
na Rectori Dexterrimo M. GEORGIO NIHENKIO, hodie Pastori  
ad D. Mariae & Sp. S. Gravissimo, Affini ac Collegæ nostro conjun-  
ctissimo, & M. JOH. ERNEST. HELWIGIO, Con-Rect. ac postea Pastori  
& Præposito Neo-Caldensi optime merito, Affini & nostro, & pii de-  
functi olim jucundissimo, jam Beato, informandum commendavit.  
Postea vero vel singulari ante dicti Praecellentiss. DIEKII ad Con-Re-  
ctoratum Scholæ Wismariensis hinc avocati qvondam Praeceptoris  
sui, vel amore tractus, vel studio alias qvoqve invisend Scholas adductus  
è consensu Optimi sui Parentis Anno 1673. WISMARIAM abiit, ibidemq;  
Hospite & Informatore in primis usus est suo DIKIO. Illo autem mox  
ad Scholam cœlestem avocato, ad Illustre Gymnasium Stralsundense  
ablegatus est abs Parente suo provido; ubi informatione B. BUNSOVII  
Rectoris, jam & B. M. PETRI FEHREN, Virorum de studiis Scholastici-  
cis optimè meritorum, & Clarissimorum per aliquod temporis spatum  
summo cum fructu, usus est. Fundamentis siclingvarum dictis in Scho-  
lis probè jaciis, suasu Consultissimi & Excellentissimi Dn. D. CASPARI  
HABERMANNI, Almæ hujus qvondam Professoris celeberrimi in Pa-  
triā revocatus, Praecellentiss. t. t. Dno. M. PAULO HENNIGIO, qui  
è Pontificiorum Castris ad nos transiens, Philosophiae studio clarebat, de  
hinc vero RECKENIZENSIBUS in Ducatu N. Pastor præfectus, com-  
mendatus

mendatus qvam maxime est, ut principia philosophica addisceret. Et sic studiis Academicis satis præparatus extrances inviseret Academias. Ad Celeberrimam Academiam Jenensem Anno 1676. primum annus, ibidemq; auspicis D. HUGELII, & D. HARPRECHTII, nec nonnullorum Candidatorum Juris solida jurisprudentiae fundamenta ponere cœpit. Et licet sequente mox Anno 1677 domum revocatus, ut privatissimâ hic Excellentiss. D. JACOBI LEMBKENII, t. t. Juris Profess. famigeratiss. post Consulis hujus Civitatis eminentiss. Amici nostri desideratissimi informatione proficeret. Præterlapso tamen anno Viadrinorum quoque JCtorum præcipue illustris STRYKII opibus jurisprudentiae studia aucturus, Francofurum se contulit, ibique per annum & Meases aliquot moratus, voti compos per D. G. redditus est. Ad Patriam suam Anno 1679. regressus, cursumq; juris absoluturus, per triennium abs B. Excell. Dno. JOHANNE SIBRANDO Antecessore hic Seniore, Collegâ qvondam nostro æstumatissimo, privatissimè in omni juris parte informatus est, cujus etiam hospitio per dictum tempus usus est. Non tamen aliorum in hac Academia docentium JCtorum Scholas neglexit; Sed potius se plurimum p. m. illustri Domino HENRICO RUDOLPHO REDEKERO, Jcto Consumatiss. & Sereniss. Ducis Mecklenburgici Consiliario intimo, ut & Consuliiss. Dn. DN. RADOVIO, t. t. Profess. famigeratiss. Statuum & Provincialium Syndico, post Lib. Imper. Lubecensem Republ. Consiliario gravissimo, non minus reliquis Excell. Dnn Professoribus ac Juris-Consultis Almæ hujus debere, saepius ipse, multis testantibus, protulit est. Qvippe in eorum Collegiis tam privatis, qvam publicis opponendo, ac respondendo frequentem formemq; le Athletam præstidit. Speciatim sub Praesidio Excell. DN. SIBRANDII ex BRUNNEMANNO tres Exercitationes; item Dissertationem de Liberatione Fidei, ante Solutionem proprio marte conscriptam, publico Eruditiorum examini, omnium cum audientium applausu submisit. Et qvamvis jam tum satis promerita studiorum præmia ab Amplissima Facultate Juridica sibi expetere petuisset, iter tamen prius ad Exteros suscipere voluit. Hinc Anno 1682. patriæ suæ denuò ad tempus valedixit, & per Hamburgum, Cellam, Hannoveram Potentissimorum Principum Luneburgensium sedem illumitem, Casselium sedem Serenissimorum Landgravorum Hassiæ, Marpurgum, Gießam Academias illustres, Francofurtum ad Mœnum, Darmstadtum Residentiam alteram Cellissimorum Landgraviū Hassiæ, & Heidelbergam eundo, Spiram pervenit; & viso simul Philippsburgo, & Wagenflio curium direxit Argentoratum, Brisacum, Huningam & Basileam, inde progressus

gressus cum Rheno descendente Manheimum, Wormatiam & Oppenheimum, Moguntiam devenit. Hinc porro per Bingam, & Confluentiam, Bonnam, & Coloniam, aliasq; ad Rhenum Civitates in Hollandiam descendit, ac in hac potentissima sede unita celeberrimas Civitates Utrechtum, Amstelodamum, Lugdunum, Hagam Comitum invisit; qvibus vlsis Amstelodami navem concendens Hamburgum ivit, & Hamburgo ad Musarum N. sedem salvus & incolumis rediit. Redux sic factus mox Illustri Jurisconsultorum ordinis nomen suum solenniter profesus est, summos in utroq; jure honores petens & ab dicta Amplissima Facultate ad Examen primum admissus est, qvō feliciter superato; potestas Candidato Juris dignissimo data est, de materia illustri juridica pro conseqvendis summis in utroq; jure honoribus, ac privilegiis Doctoralibus solemini more publicè disputandi. Qvod & expeditum fuit cum omnium approbatione, ac aplausu A.O. 1684: d. 12. Junii: habita disputatione Inaugurali, cuius rubrum, De Protocollo Collegiorum, eorumq; probacione ac fide iub Praesidio aliquoties laudati jam B. Sibrandij, ac ita titulum J. V. Doctorandi sibi rite promeruit. Cum vero jurisprudentem nomine indignum sciret, qvi cum theoria praxin conjungere nescit; proinde post habitam Disputationem Inauguralem, anteq; iplos capesseret honores, eodem anno 1684. de praxi quoque juris addiscenda recte (ut optimè notavit Maximè Venerandus totius universitatis N. Senior Excellentiss. DN. A. D. HABICHHORSTIUS in suo Rostochio literato elegantissime exarato ad nomen nostri pie defuncti p. 294.) sollicitus, Anclamam in Pomeraniam excurrit, ibique apud Syndicum, & Consulem ejus Civitatis Virum Prænobilissimum, & Consultissimum DN. HENRICUM HASSERTUM, J. V. L. Causarum Patronum celeberrimum, & ingenuum, Amicum nostrum singulariter colendum, aliquamdiu commoratus est, ac ejusdem ductu praxin cum theoria feliciter conjungere cœpit, & subseqventibus temporibus eleganter continuavit. Inde & Anno 1685. in Patriam redeuntem pie defunctum nostrum, postqvam cursum studiorum suorum tam strenue & graviter, uti ex superioribus patet, perfecislet, uno eodemq; ejusdem anni die, nimirum V. Novembrū, gemina, Deo ita disponente, & procurante optimo suo Parente, excipiebat felicitas; una qvidem, ut in solennissimo Promotionis actu, qvem ipse solus in Templo D. Mariæ sacro adornari curaverat, Promotore & Decano spectatisl. DN. JOH. SIBRANDIO, & Pro-Cancellario Illustri Excellent. DN. JOHANNE FESTINGIO, olim & hic Profesore Juris celeberrimo, ac Consiliario Ducali fulgidissimo, Tiaram Doctoralem, tanquam primum studiorum suorum reportaret, Altera vero ut ipsi Pientissima & Nobilissima

bilissima, omnibusq; virtutibus, qvæ sexum fœmineum ornant, maxime  
conspicua Fœmina, Domina ANNA Sandhagens/ Viri qvondam maxime  
Venerandi ac Clarissimi DN. REMBERTI Sandhagens ad Div. Nicolai  
Pastoris meritissimi, & Directoris Rev. Ministerii gravissimi, specialis  
olim in officio S. Collegæ N. colendissimi, ut & optimæ Matronæ DORO-  
THEÆ Altvarts/ B. Viri spectabilis JACOBI Altvarts/ Civis Rostochiensis  
primarii filia æmula, Amica nostra certissima, qvæ vidua tunc erat Viri Pl.  
Reverendi atq; Præcellentiss. DN. JOHAN. GEORGII BINDRIMII, S. S.  
Theol. Profess. industris (cui Ao. 1673. d. 8. Octobr. nuplerat) jucundissima  
Thori socia adduceretur. Verum ut omnis felicitas hujus mundi admodum  
fragilis, vana, & fluxa est; sic qvoqve (testante ipso curriculo vitæ abs vi-  
dua hodie modestissima nobis exhibito) in terrenis felicitatibus Beatus  
noster fermè nihil habuit felicitatis, præter id, qvod vel ipsâ sibi magno  
studio acquisita eruditione, vel ex facultatibus ipsi divinitus clementer  
& abunde concessis, vel ex ipso suavissimo qvamvis prole vacuo conju-  
gio, & dulcissima maxime piâqve conjugie, qvæ illibato & non defatiga-  
to amore, ac omni officiorum genere prolecula semper est ægrotantem  
maritum suum, ipse caperet. Etenim perpetuo ferè ex illo tempore, qvô  
dulce matrimonium inivit, cum adversa valetudine conflictatus est, &  
pedibus qvidem maximè laborans, multis annis templum Domini visere  
ac publicis Cœtibus sacris (qvod certè pie defuncto non parum auxit  
dolorem) interesse nos potuit; devotioni tamen privatæ summa cum fidu-  
cia in Salvatorem suum unicum qvam maxime vacavit. Et cum propter  
adversam valetudinem officia publica subire non potuit, nihilominus  
tamen admodum laudabili & Reipubl. maximè salutari Advocati I Cau-  
sarum Patroni officio operam dedit adprime fidelem; qvod Clien-  
tes sui & post fata Beati nosti deprædicant grato animo. Corporis  
autem infirmitas in dies singulos cretens, Beatum nostrum tandem plane  
consumpsit: Sed hac de re non incommodum erit Excellentissimum  
& Experientissimum DN. JOHANNEM ERNEST. SCHAPERUM,  
Medicum acutissimum, & in hac Academia Professorem Ducal. Celeber-  
rimum, Collegam ac Fautorem nostrum amicissimum audire, proferen-  
tem, signantemq; sententiam, sic igitur ille: *Ad morbum Beati nostri*  
*quod accinet, non recensebo qvam longâ annorum serie jam aribriticu, jam*  
*nephriticu doloribus, jam asthmate affebus fuerit, qvibus agram egri vi-  
tam, ut hinc ipsi vita non nisi morbus fuerit; sed tantum dicam de ultimo,*  
*qvo succubuit Vir optimus, morbo. Erat bicec inflammatio intestini recti,*  
*cum febre acuta ardente, cui stranguria insigni, sùm clamosa, anxietates,*  
*præcor*

praecordiorum, & asthma convulsivum jungebantur, flupenda insuper atque  
sæpius recurrens diarrhœa egrum in deteriorem semper dejiciebat statim  
viribus quo eum adeo exuebat, ut exquisissima quoque remedia ipsi exhibita  
& applicata morbi aigz lymphomatum aerocia illuderet. Qvo tandem fa-  
tum, ut aeger hicce noster viribus exutus molestissimam suam vitam placida,  
quam sepe sibi juxta Dei voluntatem vovebat, commutare ei morie. Ardore  
E. incredibili desiderabat solvi per Analysis beatam, & pro mortali  
miseriore vita conditione, immortalitatem conseqvi, anhelavit quam ma-  
xime. Voti hujus compos factus est die 28. Mensis præterlapsi Novembr.  
Ubi Epulo prius sacro instructus, rebusque domesticis bene ordinatis,  
non secus ac Conviva satur a mensa se subducens, aut viator, qui mole-  
stias itineris varias, gravesque exhaustus, se quietus sine strepitu compo-  
suit, & in piis suspiriis, indesinentibusque precibus, indormienti similis  
animam in manus Creatoris, a quo eam acceperat, sæpius ingemiscens:  
*Herr JESU nimm meine Seele in deine Hände und las mich dir be-  
föhren syn / resignavit, cum in hac ærumnosa vitâ translegisset annos  
XLIV. cum mensibus VII. Et sic B. nost. D. CASPARUS Eichhusen ex  
terrena in Coelestem, ex usuraria in hereditariam patriam translatus est,  
ex infirmitate ad Sapientiam, ex scholâ crucis in scholam lucis, ex lachryma-  
rum valle ad lætitiae collem, ex hujus seculi contagio ad alterius pu-  
ritatem, ex maris syrtibus in portum, ex naufragio ad salutem, ex agone  
ad brabeum, ex moerore ad gaudium, ex languore ad sanitatem, ex cala-  
mitate ad beatitudinem, ex mortalium confortio ad sanctorum Angelou-  
rum commercium, ex morte ad vitam transcriptus, traductus evectus  
est, ex alto despiciens terrena hæc. Cum autem felicem hanc pie defun-  
ctus noster consecutus sit permutationem, & exuviae terræ omnium  
matri hodie hora prima sint reddendæ, majorem in modum rogamus  
omnes Academæ nostræ Cives, suis titulis & honoribus conspicuos, ut  
tum ipsius defuncti, qui nostri ordinis fuit, tum Optima & pientissima  
vidua, funeris deductioni freqventes interesse, & hanc benevolen-  
tiam moestissimæ viduae, ac aliis propinquuis præstare non graventur;  
quod omnes & singuli quondam ab aliis nobis præstari  
opus habebimus.*

*P. P. Sub Sigillo RECTORATUS die VII. Decembr.*

*Anno 1703:*

*Conventus fiet in Æde Jacobæ.*










biliſſima, omnibusq; virtutibus, qvæ ſexum  
 conſpicua Fœmina, Domina ANNA Sandh  
 Venerandi ac Clarissimi DN. REMBERTI  
 Pastoris meritissimi, & Directoris Rev. Mi  
 olim in officio S. Collegæ N. colendissimi, ut  
 THEÆ Alwarts/ B. Viri ſpectabilis JACOBI  
 primarii filia æmula, Amica noſtra certiſſima  
 Reverendi atq; Præcellentiss. DN. JOHAN.  
 Theol. Profell. induſtris (cui A.O. 1673. d. 8. O  
 Thori ſocia adduceretur. Verum ut omnis fe  
 fragilis, vana, & fluxa eſt; ſic qvoq; (teſta  
 dua hodie moeſtissima nobis exhibito) in  
 noſter fermè nihil habuit felicitatis, præter i  
 ſtudio acqviſita eruditione, vel ex facultati  
 & abunde confeſſis, vel ex iplo ſuavifſimo  
 gio, & dulciſſima maxiſe piāq; conjugē, c  
 to amore, ac omni officiorum genere prole  
 maritum ſuum, ipſe caperet. Etenim perpe  
 dulce matrimonium inivit, cum adverſa  
 pedibus qvidem maxiſe laborans, multis ar  
 ac publicis Cœtibus ſacris (qvod certe pie  
 dolorem) interelle noſt̄ potuit; devotioni tan  
 cia in Salvatorem ſuum unicum qvam maxiſe  
 adverſam valetudinem officia publica ſub  
 tamen admodum laudabili & Reipubl. maxiſe  
 farum Patroni officio operam dedit adpi  
 tes ſui & post fata Beati noſtri deprædica  
 autem infirmitas in dies ſingulos creſcens,  
 consumpsit: Sed hac de re non incom  
 & Experientiſſimum DN. JOHANNEM  
 Medicum acutiſſimum, & in hac Academia  
 rimū, Collegam ac Fautorem noſt̄um a  
 tem, ſignantemq; ſententiam, ſic igitur il  
 quod accinet, non recenſeo qvā longā anno  
 neptiſticū doloribus, jam aſthmate affeſti  
 ſum, ut bine ipſi vita nonniſi morbus fuerit  
 quo ſuccubuit Vir optimus, morbo. Erat b  
 cum febre acutā ardente, cui stranguria inſi



the scale towards document

rnant, maxiſe  
 ondam maxiſe  
 d Div. Nicolai  
 ſimi, ſpecialis  
 tronæ DORO  
 Roflochiensis  
 nc erat Viri Pl.  
 NDRIMII, S. S.  
 ) jucundiſſima  
 andi admodum  
 ulo vitæ abſ vi  
 tatiſbus Beatus  
 osā ſibi magno  
 tuſ clementer  
 e vacuo conju  
 non defatiga  
 ſt ægrotantem  
 o tempore, qvō  
 flictatus eſt, &  
 Domini vilere  
 n parum auxit  
 nma cum fidu  
 Et cum propter  
 , nihilominus  
 dvocati ſi Cau  
 ; qvod Clien  
 no. Corporis  
 n tandem plane  
 excellentiſſimum  
 SCHAPERUM,  
 Ducal. Celeberr  
 idire, proteren  
 buſ Beati noſtri  
 aribitricū, jam  
 ſ agram egit vi  
 dicam de ultimo  
 rie intestini relli  
 roſa, anxietates,  
 præcor

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 576